sancti. Rogate ergo dñm vt sic electos suos imitemur quatenus
celestem beatitudinē cum ipsis participare mereamur. Qđ nob̄ ꝛc.

## Item de omnibus sanctis. Sermo. xlvi.

Vidi turbam magnā quam dinumerare ꝛc Apoc. 7. Beati
oculi qui videbunt oēs sanctos ac electos dei turbam magnam
sanctam mundaꝫ ac victoriosam cuius turbe gloriosissime scꝫ oim
sanctoꝝ hodie festum peragit̄: de quo festo inquit deuotus Bern̄
Non parum inuenit̄ fructuosa omniū sanctorum memoria quoꝝ
hodie gaudia celebrant̄ que languorē teporem ac errorez depellit
Languorez cum eorum intercessione nostra infirmitas adiuuatur
Teporem cum ex ꝯsideratione beatitudinis eoꝝ nr̄a negligentia
excitat̄. Errorē cum de eoꝝ exemplo nostra ignorantia informat̄
hec ille. Ergo frēs carissimi omni deuotiōe laudate dñm in sanctis
eius sicut habet̄ ps̄. 150. Qđ si feceritis ipsi pro vobis intercedent ꝛ
sic deuota mente quibus dicere poterit. Vidi turbam magnam ꝛc

Vidi turbam magnaꝫ quam dinumerare nemo poterat ex
omnibus gentibus ꝛ tribubꝫ et populis ꝛ linguis stātes
ante thronum dei in conspectu agni amicti stolis albis et
palme in manibus eorum Apoc. 7. Hic occurrunt. 5. p̄ncipaliter
notanda. Primum est qui sunt isti qui ante thronum in conspectu
agni stare dicunt̄. Secundum est quid sit signum quo signati esse
scribant̄. Tercium est que sint stole albe quibꝫ amiciunt̄. Quartū
est que sint palme que ab ipsis in manibus ferunt̄. Quintū est qđ
sit beneficium qđ ab agno consequunt̄. ¶ De primo nota
ꝙ illi qui coram agno stare dicunt̄ est congregatio oim beatoruꝫ
collecta ex oibus gentibus ꝛ tribubꝫ hebrei siue iudei figurant̄ qui
per circumcisionez ꝛ legem mosaycam sunt saluati sicuti abraham
ysaac ꝛ iacob moyses dauid ac multi infiniti. Illi qui collecti sunt
ex ꝓplis exprimunt xp̄ianos qm̄ ipsi specialiter sunt populus dei
qui per p̄cepta noue legis bene adimpleta saluari meruerūt. Illi
etiā qui collecti sunt ex linguis figurant religiosos q̊ sepe ex diuer
sis linguis in vnam religionem ꝯueniunt qui etiā nouis linguis
loquunt̄ postq̄ꝫ religioni se dederunt: recedunt enim vetera de ore
ipsorum. Omnes ergo electi ex bonis gentibus ꝛ tribubꝫ ꝛ ꝓplis
ꝛ linguis congregati stant coram agno. i. ihesu xp̄o. Ipse enim est
ille agnus immaculatus qui per ꝓprium ꝓpositum ꝛ desideria san
ctorum occisus est ab origine mundi. Stant itaq̄ꝫ a persecutionibꝫ
quibꝫ olim subiacuer̄t erecti et in gloria sublimati. Et vere dignū
est vt coram ipso per cuius sanguinē sunt redempti stent ex omni
corde ei gratias referentes. ¶ De secundo nota ꝙ signū quo


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG